



Universitätsbibliothek Paderborn

**Benedictus Redivivus Hoc est: Benedictinj Ordinis
Vetustissimi Amplissimique, Nostra, ac supera ætate
Immarcescibilis Vigor, ac Viror**

Bucelin, Gabriel

[Veldkirch], Anno Christi. M.DC.LXXIX.

Iesu Christi Annus. M.D.LXVIII. Sancti Patris Benedicti. M.LXXXVIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38498

B E N E D I C T U S

I E S U C H R I S T I A N N U S M . D . L X V I I .

S a n c t i P a t r i s B e n e d i c t i . M . L X X X V I I .

Quinqua-
ginta Mar-
tyres.102 Reliquit ingenij maximi *Ingenij op-*
maxima monimenta, tomos duode- *signia mo-**nimenta.*

Illustrant hunc annum nobili Martiro quinquaginta sacrae Cisterciensis familiae nostra Martyres, Monachi celeberrimi in Burgundia Cœnobij, dicti Firmitatis, qui verè firmi, stantes in fide, siue pro Christo sanguinem fundere parati, cum Abbas eorumdem Renatus de Monte Curvo iisdem optionem sese in tutiora loca recipiendi dedisset, & ipse cum nonnullis, furorem Calvinistarum compertum habens, scilicet subduxisset, locum sua professionis deserere, nullo modo voluerunt, expectaturi, quid de se statueret Dominus. Capti proinde Monasterio ab Haereticis varie torti, & excruciali, in odium Fidei Catholicae & Monasticæ professionis, crudeliter interempti, gratissima Cœlo viictima ceciderunt, simulque ad præmia Martyrum & triumphos æternos evolarunt 7. Iduum Julij. *Manri- que Henrig. &c.*

Moritum
post ingen-
tia merita
Gerwicus
Abbas
Weingart.

Quantum superiore anno Inferior Germania sydus egregia Vitæ sanctitate & sacris de Christiano Orbe meritis, tantum hoc anno Germania superior columen, haud inferioribus de sacro Imperio & Romanis Imperatoribus meritum laboribus amittit Gerwicum Blaarerum de Girspurg Guettingen & Wartensee Weingartensem sive Vinearum, & Ochsenhusij Abbatem, cum Imperialibus utrique Monasterij, illi annos septem supra quadragesima, huic viginti præstirisset, defunctisque esset 30. Angusti, ultima voluntate id unicè rogant, ut præter consueta Romanæ Ecclesiæ mortuis impensa obsequia, Psalmus, quem in via maximus fecerat, Psaltis Regij trigesimus: *In Te Domine speravi, non confundar in eternum, &c.* Ad tumulum suum & funus, quotidie toto tricesimi tempore decantaretur. Fuit labiosissimi ingenij Præful, simulque festivissimi, ita, ut qui scipios juratisimos sacrorum hostes è summis Germania Principibns ultro & publicè faterentur, contra hunc, eti per omnia ipsi in Religionis causa obnitentem, semper exciperent, & succensere non posse testarentur. Adeo festivis animi conceptibus, cunctos delinire novat, etiam cum vel maximè adver-

farentur. Reliquit ingenij maximi *Ingenij op-* maxima monimenta, tomos duode- *signia mo-* cim super Juribus Canonico & Civili suomet conceptu animi, quos tamen five Ministri ejusdem Aulici, sive rei litterariae minus aequi, & ignari, ne- dum compactos, hac illaque distra- hentes, usibus minimè convenientibus applicarunt, quod usque hodie nunquam satis dedolent, qui viri ingenii ex maximi monimenti dexterime confessis negotijs penitus cognoverunt. Fuit Cœsaribus, Electoribus, summis infimisque gratissimus & gratio-*signia mo-* sissimus, ipsis quoque Haereticis Principibus verendus juxta & venerandus, cujus laudes nec maximis quidem voluminibus possent sufficienter explicari; eti non nemo peculiari libello dicta solummodo ejusdem acutiora five apophlegmata complexus sit, quo in genere valuisse ad miraculum intelleximus, & quædam etiam cum admiratione audivimus, eti libellum, statim à morte ejusdem vulgatum & certatim coemptum, nullo apud nos su- perante exemplari, non viderimus. Quiescit in Monasterio suo Weingartensi in Sacello Beatissimæ Matris Virginis, quam unicè dilexerat, ejusque honorem contra Haereticos generose propugnaverat. *Ex monim. Weing.*

Eius Sepul- chrum.

Quæ nostrorum perpetua de lectissima Societate Je su merita: hoc anno agente & fatagente Gerardo nostro Americorio, primo Audemarensium, ex Abbatे Sancti Bertini, Episcopo, Reverendi Patres ejusdem Societatis, non tam admissi quæ acci- ti, ædibus primùm in vico Velbruglio ejusdem Episcopi benevolentia apparatis, pulcherrimum paulo post Collegium, ut vocant, merentur Audomaropoli. Quos ipse ut Angelos Domini exceptit, coluit semper, & qui buscunque poruit modis fovit & promovit. *Ferreol. Locrius Claud. Rob. &c.*

*De Societ.
P.P. mer-
titus Gerar-
dus nofer
Ameri-
cana.*

I E S U C H R I S T I A N N U S M . D . L X V I I I .

S a n c t i P a t r i s B e n e d i c t i . M . L X X X V I I I .

Iterum insigni numero gloriosissi- *Martyrum* morum Christi Martyrum Triumphantem auget ornatum Ecclesiam, *noferum* hoc anno Ordo noster, Boneficiensis in Comitatu Namurensi Canobij Religiosis omnibus, pulcherrimâ oblatione scilicet viictimas Numini consecranti- *Trium- phus.* bus.

bus. Cum enim in plurimis Belgij partibus Hæretici nimis quantum invalescerent, & pulcherrima passim Ordinis Cænobia extra Urbes sita, illorum libidini & crudelitati exposita, Viris Religiosis plena, nil minus quam se se opponere cogitarent, Sacrilegi prædones impunè quaquaversum vagati, non contenti omnia diripere, & lacra prophanare, incredibili in sacros viros concitati odio, post varia luctuaria & plagas, eosdem diversissimis modis neci tradiderunt, ipso quoque Cænobio in cineres redacto. Ex rer. Belg. Script.

V. Hieronymus Soucherius noster sa-
crae Familia nostraræ Cisterciensis Ge-
neralis & Claræ Vallis Abbas, Roma-
nis non minus Pontificibus, quam Re-
gibus charus, hoc anno ad sacram Car-
dinalitiae Eminentiae purpuram, sa-
pius vocatus, diu multumque deprecans,

cogitur denique à Pio V. re & nomi-
ne sanctissimo, qui Cardinales omnes
è sanctissimis juxta & doctissimis Ec-
clesiæ universæ dilectos cupiebat. Ad

Concilium Tridentinum sub Pio IV.
antecessore vocatus, quantum doctrinâ
ac prudentiâ refusserit, una S. Caroli
Borromæ ad illum data Epistola satis

demonstrat, digna quam pro honore
utriusque inferamus est autem hæc ipsa.
Reverendissime Pater. Mirabiliter

delectatus Sanctis. Dn. noster litteris Il-
lustrisimi & Rev. mi Cardinalis Vormati-
ensis Legati, quibus ille Ejus Sanctoritatem,

certiorum fecit de singulari studio, &
cura tua indefessa, in DEI gloriam & sal-
ludem Republicæ Christianæ. Itaque nec
dici potest, quantopere laudarit diligenter
& religionem istius officij tui quam &
gravitatem & vim tui nominis. re & actio-
ne tueri dicit, cupique & à DEO preci-
bis petit, ut ceteri qui eodem honore sunt,
homines quod sacrum & grave Abbatis

munus postulet, tuo exemplo meminerint

juvare, perge ut facias tenere institutum

tuum, officij laudisque plenissimum. DE-

U M enim habebis auctorem, & adjuto-

rem optimorum consiliorum & actionum

tuarum, & S.D.N. egregium in te studiu-

m & amorem experiere. Operam vero me-

am & studium meum erga te semper tibi

Paratum esse intelliges. Christus JESUS

Dominus noster. R. U. incolumem servet

quam diuisissimè. Amen. His laboribus

ac Virtutibus clarus è Concilio disce-

dens ad suos in Galliam reversus fa-
crosancta Synodi Decreta observan-
da præcepit, ibidemque cum reliquum
vita suæ, Altissimo soli vacare studi-
isset, Abbas Cistercij & supremus Ordini-
nis Magister. Generalis electus est.
Quo in munere ita se strenue gessit,
ut tribus annis, quibus ex more Ordini-
nam moderatus est, antiquam illius in-
stituti disciplinam ferè in omnibus
Cænobijs collapsam restituerit. Tan-
dem, ob excellentem Vitæ Sanctitatem,
ac scientiæ multiplicis intuitum

à Pio V. qui singularem Soucherij vir-
tutem admirabatur, illo inconsulto,
nec talia cogitante, in Presbyterum
Cardinalem electus est. Quam ille
dignitatem pro singulari sua humili-
tate & modestia suscipere abnuit. Sed
Pontifici semel & iterum in Virtute
sanccta obedientia præcipienti obste-
re non potuit. Hujus præclaræ, ac
ferè sine exemplo [nostra præsertim
atrate] rei, extat Ejusdem Pontificis
monumentum. Sic enim se habet:

Dilectio Filio Nostro Hieronymo Abbatii Clা-

ravallis S. R. E. Cardinali, Salutem

& Apostolicam Benedictionem.

Acceptis litteris tuis, & cognitis ra-
tionibus quas atinisti, cur tibi commodi as
esse existimes, manere in Ordine Tuo, quam
suscipere munus, ad quod superioribus die-
bus de consensu Fratrum nostrorum te pro-
movimus, modestiam quidem & probitatem
tuam amavimus; Sed excusationem non
esse accipiendam duximus, nam quod exi-
stimas hanc impedimento tibi fore ad agen-
dam curam Monachorum tuo regimini
commisorum, & Monasteria, que abs te
visitari (ut à Claravallensi debent) vi-
tanda: ea res aliter se habitura est, quam
censes. Cardinalatus enim dignitas ad-
jumento potius erit, ad officium illud ma-
jore cum auctoritate præstandum, & ea
que Monasteriorum necessitas exposuit a-
agenda. De ijs vero, que in eo esse debe-
ant, qui ad hoc munus sumatur, que tibi
Cogitur in-
deesse scribis, laudamus quidem tuam istam
virtutem in
humilitatem; tamen non est tuum, de te,
quam sis ei muneri idoneus, judicare. No-
stro aquiescere judicio debes, & ita cogi-
care, per ministerium nostrum te à DEO
voçatum fuisse; quandoquidem te nec op-
nantem in curarum & sollicitudinis no-
stre partem, non sine diligentia deliberatio-
ne assumpsum, ad serviendum nobiscum
DEI honori, & sanctam ejus Ecclesiæ

obedientia.

tam

*tam gravi & turbulentio tempore regen-
dam; qui potens est, & ea, que tibi dedit
dona augere, & ea, que in te desiderari
forsitan possunt, addere, pro cuius obsequio
& honore, nullos debes nec animi nec cor-
poris labores subterfugere, sed ejus voca-
tione confisus ipsis gratiae & auxilio, hu-
miliiter obedire. Debes vero, ut charita-
tis officium postulat, vicem nostram dole-
re, qui hac etate onus multo gravius su-
stineamus, ad quod ferendum, tua & tui
similium opera indigemus. Accepto igitur,
quod ad te misimus, hujus honoris insig-
ni, omni excusatione omisa, constitutis
prius Ordinis cui isticus rebus, ad Urbem
quam brevissimo tempore te conferas; quod
ut facias in VIRTUTE SANCTÆ O-
BEDIENTIÆ tibi mandamus &c. Datum
Romæ apud S. Petrum sub annulo Pi-
scatoris die 8. Monsis Maj. 1568.*

Antonius Lomellinus.

*Romam igitur, vocatus, & defi-
deratus venit, & Pontificis, qui homi-
nem secundum cor suum se invenisse
fatebatur, in se benevolentiam ac
humanitatem, quo advixit, expertus
est, & propter singularem opum, &
gloriae contemptum, ac vita imode-
rationem magnâ apud omnes floruit
admiracione. Quem Thomas Bozius
in opere de signis Ecclesiarum inter eos
Pates jam vita functos, numeravit,
quorum sanctitas ætate nostra multis
operibus comprobata est. Cardina-
lis factus nunquam adduci potuit, ut
supremum sui Ordinis Magistratum
dimitteret, paratus potius purpuram
quam S. Bernardi nostri, cui devotissi-
mus à pueritia fuerat gregem, sibi
commisum relinqueret. Nec desit
esse, qui ante fuit, ad maiorem, quam
antea, perfectionem se se censens
obligatum. Proinde in lectione san-
ctorum Scripturarum & in contem-
platione rerum Divinarum assiduus,
plura adversus Religionis Novatores
scriptis; multa etiam dictavit, quæ usque
hodie apud Claramvallem affir-
vantur. Quos vero in Concilio Tri-
dentino labores sustinuerit, quæ ejus
fuerint sententia, qui scire desiderat,
Nicolaum Baccetum libro ultimo Sep-
timianæ Historiæ legat, qui more suo
hujus Cardinales Virtutes, ac res san-
ctissimè gestas, eruditissimè scripsit.*

*Boneficiis Martyribus, hoc ipso
anno ad præmia Martyrum assumptis,*

*tis, adjungitur, miro sanè fortunæ ex-
emplo Boneficiis Confessor, Bonefici-
ensis & ipse professione, sed digni-
tate Abbas Villariensis, frequentissimi
viris sanctissimis Cœnobij. De hoc ita
Villariensis monimenta: Matthias Hor-
tebreck Vir Zelator & Observator Ordinis,*

*abbas vi-
lariensis
moritur.*

*Consolatio
Rom. Pont.*

*Contemp-
tus opum
& hono-
rum.*

*Scribit
contra Ha-
reticos.*

*in corrugatis culpis, in disciplina & DEI
servitio. Discretus nihilominus, ratione
utens, & rationem reddens, consolabatur
tristes, erigebat pusillanimes, negligentes
urgebat, duros & rebelles severo vultu in-
crepabat, obedientes diligebat, prudens &
gravis cum hilaritate, omnibus se se accom-
modans, verbo & exemplo docebat. Cho-
rum devotissime frequenterat; nocturnis
horis in frigida Hyeme stans nudo capite,
usque ad sinum immobilis perstebat, cum
tamen nimia januæ senectute gravaretur,
cumque turbatissimis rebus omnia paupē-
quaterentur, & idololatria in Cœnobio, sem-
pla sacra omnia sacrilegè graffarentur, se-
nior, laboribus & presentibus calamitatibus
pressus, plenus dierum & moritorum
ipsa die & hora qua Christus in Cruce mori
dignatus est, Spiritum DEO felicissime
reddidit anno 1568. atatis sue 80. eodem
etiam die & eadem pend hora, qua ante
14. annos Villarium ingressus, Abbatia-
lem aggressus est dignitatem. Ita Vill.
mon.*

*Moriuntur eodem anno duo item
alij nostri Ordinis Praefules, inter re-
ligiosissimos & doctissimos inferioris
Germaniaæ habiti, Antonius Houæus,
Epternacensis Cœnobij, & Jeannes Au-
gustinus, cognomento Marhuis Lacen-
sis Abbates uterque relictis ingenij e-
gregijs monimentis celebres, uterque
in signi laudatus studio promotæ Re-
formationis.*

*IESU CHRISTI ANNU S. M. D. LXIX.
Sancti Patris Benedicti. M. LXXXVIII.*

*G*ermania, Gallia, Anglia, plena
Confessorum Christi & Marty-
rum, & loca eo usque intacta, furori
nunc Hæretorum, opulentissima &
pulcherrima nostri Ordinis Cœnobia,
tanquam Cerbero offa objecta, nequid
in profanos auderent, sacra omnia in
prædam data, horrente ad tot sacrile-
gia cœlo, ingemiscitibus pijs omnibus,
& ignotum quo panicō metu, mag-
ni etiam Principes suis diffisi viribus,
omnia impunè agi sunt passi, cum eti-
am Maximilianus II. Imp. Austriacus
Pro-

*Antonius
Abbas
Epternac.*